

**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

Henricus, de Sancto Ignatio

Leodii, 1709

Caput 30. Pœnitentia vera & plena, magnorum præsertim peccatorum, de
peccatis commissis pœnax exigere, & laboriosa esse debet.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73212)

opera illa, cum emendatione conjuncta. Ad ea proinde Confessarius attendere debet, ut munere suo fideliter & prudenter fungatur. Sed ista omnia uberior, ut dixi, demonstrabuntur in sequentibus.

C A P U T XXX.

Penitentia vera & plena, magnorum praesertim peccatorum, de peccatis commissis ponens exigere, & laboriosa esse debet.

362 **S**equitur ex proximè dictis, ex eo utique quod Soperetur in homine peccatorum vindictam. Necnon ex eo quod à punitione (ut S. Isidorus ait in exhort. ad penit.) penitentia nomen accepit, quasi penitentia, dum ipse bono punit penitentem quod male admisit. Nam (inquit l. 6. origin.) nihil aliud agunt, quos veraciter penitet, nisi ut id quod male fecerunt, impunitum esse non finant. Eo quippe modo sibi non parentibus ille parcit, si sumque judicium nullus contemptor eras. Quod & totoquin verbis Augustinus dicit epist. 158. Unde & Author lib. de ver. & fals. penit. c. 19. sub Augustini nomine citari solitus, *Penitentia (inquit) est parva tenera, ut semper panitia in se uelisca, quod committit peccando. Et paulo post: Penitentia est vindicta semper puniens in se, quod dedit commissum.* Idque velut Augustinus oraculum tradunt Magister lib. 4. dist. 14. Gratianus dist. 3. c. penitentia, cùmque ipsi Theologici & Canoniste passim omnes. Unde & Tridentinum fest. 14. c. 2. dicit, quod post innocentiam baptismalem aliquo crimen amillam, ad plenam & perfectam peccatorum remissionem... per Sacramentum Penitentiae sine magnis nostris fletibus & laboribus, divina id exigeant iustitia, pervenire nequaquam possumus; ut mortito penitentia laboriosus quidam baptizatus a SS. Patribus diditus.

363 Ad qua facili Concilia verba "quibus animum advenire voluerit" (ait Illustrissimus Atribatenus ubi suprà c. 2.) "non poterit non comprehendere.... paucissimas esse inter Christianas nos penitentias, quae notas praeferant, quas hinc exigit Synodus, ut veræ sint. Adeoque pleraque carum, quibus hoc nomen tribuitur, non esse nisi si penitentiarum species & phantasmata. Proninde de dicti posse, nunquam in Ecclesia fuisse tam paucos penitentes veros, eti nonquam fuerint & confessiones magis iteratae, & absolutiones frequentiores.

364 Verum si à penitentibus convertamus ocularum ad illorum Directores, qui ipsi Sacramentum reconciliationis & gratiae (quæ una ipsi sufficeret post innocentia naufragium salutis tabula) administrant; potefinē non observari pari admiratione & dolore, quam pauci ministerio suo fideles sunt, cum certe difficultimum sit, aut potius omnino impossibile, verba Concilii, quæ jam recitata sunt, cum ignava illa ac molli innumerorum Confessorum directione conciliare? A quibus utique peccatores, in Sacramento Penitentiae ducuntur per viam suavem, gratiam, iner mediis voluptates, & delicias saeculi, nullo injuncta labore. Nam illorum penitentia, cum abique laboribus sit, vera penitentia non est; & qui illos per vias istas ducent, eaci sunt, & duces exororum... qui aut metu forte dispergendi, aut ignava spe commodi, scientes & volentes illos perdunt. "Siquidem hanc per fletus & labores directionem, ut alibi dicit Synodus, divina iustitia ratio exigere videtur. Sed quia illa vel peccatoribus, mundo & carnis voluptati addicte, vel penitentibus illi ignava non congruit, sufficit hoc faculo nostro corrupto ut non obseretur.

Sanè (aunt Tridentini Patres) & divina iustitia ratio exigere videtur, ut aliter ab eo ingratiam recipiantur, qui ante baptismum per ignorantiam deliquerint; aliter vero qui semel à peccati & demonis servitute liberati, & accepto Spiritu sancti dono, scientes templum Dei violare, & Spiritum sanctum contumaciam non formidaverint. Et divinam Clemenciam decet, ne ita nobis abgue nulla satisfactione, seu punitione, peccata dimittantur, ut occasione accepta leviora putantes, vel ut injuria & contumelias Spiritui sancto, in graviora latamus. Decet, insuper, ut intellegat "peccator juxta S. Augustinum, ludum non esse, Deum contemnere, & creaturam ipsi preferre. Decet, juxta S. Gregorium, ut ultra tenetudo voluptatibus licitis, reparet iniuriam, quā se infeliciter tradidit illicitis. Hoc aspice dubio dispositio est, quā culpam reparare debet verus & sanctus penitentis, & ad quam eum ducere debet bonus Director. Verum etiā istam agendi rationem exigat divina iustitia; non continuo eam exigit commodum Directoris, qui timet penitentem suum à se alienum reddere; non eam exigit natura personis; non tenebitudo facili. Ideoque eam non amplectimur. In modo ratuñelas & cavillationes excogitamus contra argumentum ex Tridentino deducum. At frustra, ut cap. 41. ostendemus.

Alio argumento, ex Historia Ecclesiastica p[ro]posito, Illustrissimus Atribatenus probat, penitentiam neccliarum ad impeirandam adulutorum criminum veniam esse debere laboriosam. Novatiani (inquit) "quos iniqui & immoderate rigoris spiritus ab Ecclesia separavit, cum olim quererentur de indulgentia, quam peccatoribus vere se convertere volentibus Ecclesia exhibebat, dando eis, quorumcumque crimini rei forent, penitentiam, modò cam expletandam sufficerent, ac deinde, ubi eam expletaverant, veniam concedendo. Novatiani (inquam) dicebant probari crimina, dum ita facilè remittebantur: qui sepius, aiebant, remedium criminis morigerat, crimen offendit. Respondebat illis Ecclesia nomine S. Episcopus Pacianus epist. 3. Fortasse patet hoc credi, si penitentia delictis putarentur, cui tantus labor impenditur, cui carnis interitus imperatur, cui iugis lacrymae, cui gemitus sempiterni. Inde ostendens periculum non esse, ne penitentis, tam durè habitus, ad peccatum redcat, iterumque fe subeundem penit illis & laboribus subiicit; & concludit eum: *Valeat ergo ille sanatus iterum scari, rursus exari?*

Quid hoc seculio objectioni illi responderemus, qui in quo se fundantes abuvi, eam rationem testent, quæ juxta sanctum illum Presulem, si in Ecclesia stabilita foret, esigere penitentem illius conformis, justas esse probaret illorum hereticorum querelas; quas ipse tam differti verba mox relatis condemnat? Sed quod non progradientur cœcitas, dum proprio commando facit, & cupiditate blanditur? Scimus, fratres mei, nec possumus non cum horro dire, scimus peccatores, postea verè compunctiones, quæflos fuisse, se pro satisfactione criminum exorcismum, quæ plurimum annorum penitentia primis facultus castigata fuissent, accepisse penitentias tam leves, ut referre pudeat, quales tunc quinques Pater, & quinque Ave, aut decades aliquas Rofarii, ita ut arbitrii minime se per penitentias, criminibus suis tam parum congras, Deo fatigescit, alios Directores intelligentiores quæfuerint, qui alios ipsos viis ducerent, ita illis religione persuadente, vias illas, vias Ecclesiae esse non possit....

" An non siceret mihi hic exclamare cum Cy-
priano, deplorante abusum similem, qui per
Dicendum ipsum diffundebatur... Emergit, fra-
tres dilectissimi, novum genus cladi, & quasi pa-
rum perfectionis procella servirerit, accessis ad cu-
malum, sub misericordia titulo, malum fallens,
& blanda perniciem. Contra Evangelii vigorem,
contra Domini ac Dei legem, temeritate quorum-
dane laxatrorum incautis communicavit. Irrita & fal-
sa Pax, pericula dantibus, & nibil accipientibus
profutura... Perniciosa de peccatis excessa est,
gravissimi extremitate memoria sublata est.
Operuntur morientium vulnera, & plaga lethalis
profundis visceribus infixa, diffimulato dolore con-
teguntur, &c.

" Si hoc Spiritus sancti Oraculum verum sit,
(de quo dubitare non licet) quid de iis cen-
sendum, qui hodie ita laborant, ut poenitentiam
illam (laborofum utique baptifinum à SS. Pa-
tribus dictam) efficiant baptismum suavem &
laboribus vacuum, ita ut, quemadmodum ex
illis quidam (extorquenti confessionem verita-
te) agnoscit, facilius hodie peccata remittantur,
quam committantur?

366 Hactenus illustrissimus Episcopus Atrebatenus, quem alterum facultati nostri Caroli Borromaeum
iure vocaveris; verum utique imitatores zeli pa-
lorialis, fortitudinisque sacerdotum ipsius. Quid
igitur de iis censendum, qui post commissa grandia
crimina, homicidium, adulterium, fornicationem,
blasphemiam, perjurium, & similia, ex
solo sui amore, ignavia ac molliti, pauculas
dumtaxat preces in penitentiam acceptare volun-
tati, nihil autem de solitis delictis, corporisque
voluptatibus per se licet detrahere, nec ullas
corporis macerationes subire, nec clemencias
facere, &c. Quid? nisi quoddam sanctorum Patrum
iudicium tales censendi non sint vere ac plenè con-
versi?

Vrè namque ac plenè conversus, peccatum
vero ac pleno odio prosequitur, persequiturque.
Quisquis vero peccatum vero pleno odio per-
sequitur, illud in seipso pro posse ulciscitur, juxta
Apollolum cap. præcedentem relatum. Idque divi-
na iustitia exigit, ut definivit Tridentinum, de-
finivit & Tradidit, poenitentiam propter ea vocans
baptizatum laborofum. Quisquis ergo poenitentiam
laborosum facere decrebat, cum posset, quo-
modum commissa crimina vero ac plena odio edidit,
& in seipso ulciscitur, ac puniit: cum id facere
nolit, quod divina iustitia ab ipso exigit? Volu-
pe citi audire Tertullianum l. de Poenit. c. 11. eos
irridentem, qui pro commissis delictis incommodo
corporis subire reformatant. Nam ergo (inquit)
in cocino & tyro pro delictis supplicare nos con-
det? Cedo ac cum criminibus diligendo, & pulve-
rem dentibus elminando, & bijulcum aliquid forri,
vel aris, ungibus repausandis. Signa ficti miro-
ri, liquidi coacti ruboris, in labia aut genas ur-
geat. Praterea exquirito balvoles letores hortulanis,
maritimis recessis. Adjicito ad sumptum, conqui-
rito altilium enormem saginam, decasato senectu-
tem vini. Cumque quis interrogariat, cuinam ea
largari? deliqui, dicit, in Deum, & periclitor
in eternum perire. Itaque nunc pendo, & mace-
ror, & exercitor, ut Deum reconciliem mibi,
quem delinquendolam. Si secundum Tercullianum
deridiculus esset, qui medis illis in delictis sic
responderet: ergo deridicule poenitent, non vere.
Enimvero si magistratum ambientes neque pudet
neque piget, incommodi anima & corporis... &
contumelias omnibus enti in causa votorum suo-
rum. Quis non ignorabilitates vestrum affectant? Quis
avia nocturnis & diurnis solitutinibus non ocul-
pant? Ad omnes operariunt majoris cuiusque perfo-
rare decrecentes, nullis convallis celiores, nullis

Tom. III.

congregationibus congreget, sed exules à libertatis,
& latitiae felicitate. Idque totum propter unius an-
ni volatricum gaudium. Nos quod securiam virga-
rumque pestis sujinet, in periculo eternitatis to-
lerare dubitamus? Et castigationem videlicet aque-
cultur, offenso Deo, prefare cesabimus? Qui ista
recusat, bi sunt, de quibus Scriptura commemo-
rat, vñ illici, qui delicta sua velut proero fave-
nentur. Si tu, qui talis es, de exomologesi retrah-
eas, gehennam in corde considera, quam tibi exo-
mologeis extinguit, & penitentia magnitudinem
imaginare, ut de remedii adoptione non dubites....
Igitur cum scias adversus gehennam esse.... in exo-
mologesi.... subidia, cur salutem tuam deferis?

Hactenus Tertullianus.

Cyprianum n. 365. audivimus, qui & in l. de 368
lapis: Lamentari (inquit) eum putamus ex zo-
to corde, jejuniis, fastibus, plantibus (sicut ad-
monet ipse Dominus) Dominum deprecari, qui ex
primo criminis die lacryma quotidie celebrat, qui
epulis affluentibus pafsi, & sagina largiore disten-
tas, crudities suas postridie ructat, nec cibis &
potis suos cum panisperna necessitate communicat?
Quis bilaris & letus incedit, quando mortem suam
deset?... An ille ingemiscit, & plangit, cui vacat
culme pretiosæ vestre induere, nec indumentum
Christi, quod perdidit, cogitare? Accipere pretiosa
ornamenta, & monilia elaborata, nec divini &
caelestis ornatus damna deflere?... Siquid de reis
ebrias mortalitatis exitu perdidisset, ingemisceres
dolenter, & fleres facie inculia, veste mutata, ne-
glecto capitulo, vultu nubilo, ore dejecto indicia
marmoris offendentes. Animam tuam miseris perdidisti,
spiritualiter mortua supervivere hic tibi, &
ipsa ambulans funus tuum portare capisti, & non
acriter plangis, non fngiter ingemisci? Non te vel
pudore criminis, vel continuatione lamentationis
abscondis? Ecce pejora adhuc peccandi vulnera,
ecce majora delicta, peccisse, nec satisfacere.

Quid vero Ambrosius? Lib. 2. de poenit. c. 6. 369
sic loquitur: Audiant, qui agunt penitentiam,
quomodo agere debeant, quo studio, quo affectu,
qua mentis intentione, qua intimum concusione
vixerunt, qua cordis conversione. Vide (inquit)
Domine, quia tribulor, venter meus turbatus est
à fleu meo. Conversum est cor meum in me.
Cognovisti intentionem animi, fidem mentis, cog-
noce & habitum corporis. Sederunt (inquit) in
terra, tacuerunt seniores fine Sion, & impou-
terram super caput suum, praecinxerunt se
cilio, deduxerunt in terram Principes, virgines
Hierusalem defecerunt in lachrymis, oculi mei
caligaverunt, turbatus est venter meus, effusa est
in terram gloria mea. Sic flevit & Ninive popu-
lus. Et c. 10. An quisquam illam penitentiam pa-
tit, ubi aquarenda ambitio dignitatis? ubi vini-
fus? ubi ipsius copula conjugalis usus? Renun-
tiandum secuto est, sonno ipsi minus indulgendam,
quam natura postulat.... Vivendum ita ut vitali
hunc moriarum usui, seipsum bono abneget, & to-
tus immittat.... Unde benè Dominus ait: "Qui
vult post me venire, abneget semetipsum, &
tollet crucem suam, & sequatur me.

Nec dissimiliter Augustinus epist. 54. Nihil a. 370
liud agit, quem veraciter penitet, nisi ut id quod
male fecerit, impunit esse non finat. Gregorius
l. 6. in 1. Reg. 2. Tria in unoquoque veraciter po-
nitente consideranda sunt, videlicet confessio po-
nitis, confessio oris, & vindicta peccati. Et in cap.
15. libri 1. Reg. Quid prodest confiteri flagitia, si
confessionis vocem non sequitur afflictio penitentia?
Tunc namque bene conversum peccatorem cerni-
mus, cum digna afflictionis autoritate deterre nit-
tur, quod sequendo confitetur. Unde & Dominus,
arborum solis decoram, sed fructu sterilem maledi-
xit, quia confessionis ornatum non recipit sine fra-

Kk

Liber Quintus.

Et afflictionis. Itaque vita nostra (sit horum 2. in Evang.) ad tempus amararet in penitentia, ne eternam amaritudinem sentias in vindicta. Denique omnis pluribus Sanctorum testimonio (quae proficerent ubi de satisfactione) Bernardus tractat de grad. humilit. c. 18. Quem veraciter penitet, laborem penitentia non abhorret.

371 *Venit fuit ergo sequentes de satisfactione & penitentiarum impositione regulari (quas latius Atrebatensis Episcopus tradidit in Epistola sua Pastorali 2.) à trinitate & uno Episcopis plurimum commendate & approbat: 1. Quilibet Confessarius (laxioribus tantum loquor) cogitet quo pacto penitentes examinet, quo dolore contentus sit, quem sufficere existimat, quas satisfaktiones impozat. Nisi autem damnam patres, Conclita, Scripturam; seipsum damnet oportet, emendandoque suam dirigendi rationem, si saluti sue consultum velit.*

2. *Credatne eruditus & pius Confessarius, gravia criminis, & peccata que hominem aeterno Dei odio dignum efficiunt, & que antiquitus puniebantur tam severè, bodie expiari satisfactionibus, quae nibil austeri habent? Penitentis, quae nibil habent penitentia, nisi nomina?*

3. *Concipi non potest, quod cum una ad calumnia iustis sit crux; singulatur alia peccatoribus & penitentibus, suavis, jucunda, & laboris expensis. Nisi laboriorum dixerit Confessor exponere peccata, que peccator laudi sibi frequenter duxit intermundanos, & que nunquam sunt publica?*

4. *Penitentis queritur, nimis acerbam à te sibi penitentiam impositionem? Dic ut memor sit, quamvis reus non esset, ipsius libmetiphi durorem impositionem legem in baptismō. Et quamvis baptismū innocentiam servasset, Evangelium fortassis non permitteret, ipsam suavius vivere, si vivere vellet Christianē.*

372 *Ex his omnibus sequitur, in justificatorum numero non computandis, nec tam penitentem, quā penitentia larvam exhibet, censendo, qui (ut Cyrillus Alexandrinus ait l. 8. de ador. in spir.) cum assidue peccent, non tamen peccati maculas absoluunt. Neque tales (inquit) pretio dato criminis possunt depellere, quod mentis infirmitate (id est ignoravia & molitie) judores penitentiam perferrere, & Deum ejusmodi laboribus placare volunt. Vero ergo, vix innumeris peccatoribus, qui laboriosas penitentias operibus grandia dilecta à se post baptismum commissa elucte volunt. Scriptum est enim: nisi penitentiam egeritis, omnes similiter peribitis. Quid est nisi penitentiam egeritis? Act. 26. 20. id satis declarat. Apostolus, cùm dicit: Annuntiabam, ut penitentiam agerent, & converterentur ad Deum, digna penitentia opera facientes. Et Luc. 11. 32. Niniuiti penitentiam egreverunt, ad prædicationem Iose. Et, ut dicunt John. 3. 5. crediderunt Niniviti in Deum, & prædicaverunt Iesum, & vestigiis sunt jaccis a mædere usque ad minorem, &c.*

C A P U T XXXI.

Pro admissis post baptismum criminibus, preferunt gravioribus, non sufficit dolor parvus & rem suis, sed magnus requiritur atque inten-

373 *H*ac de re pulchritudo solidè differit Petrus de Soto, de quo Ennius, Cardinalis Pallavicinus Histor. Conc. Trid. l. 13. c. 8. testatur, quod ample de se laudis materiali eidem Historia suppeditarit. Et l. 20. c. 13. quod summam obtinebat exhortationem severa probatissimæ solidè scientia. Et certum proponit annis ante Pallavicinum Otto Cardinalis, & Episcopus Argentoratus, in epistola prædicta tractatu ipsius de institutione Sacra-

tum, dicit quodd isto in opere *Vir ille & verbo & opere ad docendum ea que sunt pietatis potest, multa ad doctrinam sanctorum & Catholicam, multa ad officium pastorum Ecclesie, & reformatam eorum ratione que Cleri vitam & mores pertinentia, tanto pietatis studio, & tanto dicendi ordine compotuit, ut digna nobis videatur hic Liber, qui ad promovenda pietatis studia in publicum edat, omnibusque animarum curam, vel jam administrastionem, vel in futurum administraturi communiqueretur. Damus igitur vobis doctissimi Iuris & pientissimi, & nunquam sati laudati busus Viri de Institutio. Sacra, librum, omnibus qui curam animarum suscipiant non solam utillem, sed & necessarium, &c.*

Et revera tanta cum pietate soliditateque scriptus est liber ille, ut dolendum sit quod tam parum hodie teratur, solumque à plerisque legamus novelli Cauitatis prærientes auribus, quibus studium fuisse videtur, calvi viam dilatare, quam summa Veritas, Deus, cuius verba in eternum permaneant, actum esse definit.

Laudatissimus igitur Petrus de Soto Inst. Sacrorum. l. 15. tres refert sententias, duas extreamas, & reliquam medium. Nam altera est requiringent dolorem sumnum, id est summo conatu, & totis viribus productum.... Altera extrema sententia est, nullum certum gradum intensi in dolore voluntati requiri, nec absolute, nec respectu, sive in ordine ad aliorum dolores: ita ceterum, sive in intensitate de peccatis dolet, quam de aliis malis, sive minus intensa, id sufficit, quam ruris exigua sit ille dolor, minimus (inquit) aliorum effectuum voluntatis, ut ipsos docere sit l. 14. Ita (ait) nonnulli (Scotum, ut dicunt, sequentes) qui putant se multum conjuvere in firmis conscientiis. Et probant l. 9. quia nusquam in Scriptura ad certum gradum doloris, vel dilectionis adstringimus.... Deinde quis ad recedendum à Deo, & peccandum, nullus conatus requiritur. Ergo neque ad convertendum nos in Deum. Deinde Deus necessarij diligenter non est super omnia intensi, sed tantum appretiativæ, ita ut voluntas in Deum, velut in summum bonum, ut sic apprehensum per intellectum, quantumvis tepide & remissè, satisfaciat. Ego similiter de contritione.

Tertia media Antiquorum de voluntatis doloris, est quod eti non requiratur summus, hoc est totis viribus & conatu productus & elicitus, nec certi aut determinati aliquius gradus, tamen requiritur ut major sit omni alio dolore, qui est in vero penitente, ita ut plus de peccato dolet, quam de aliquo alio malo, quod ei evenire posset. Bona ventura inquit requiri, ut dominetur catoris doloribus. Et B. Thomas, ut excedat alios dolores.

Prior igitur illa sententia, si tamen alicuius est requiri scilicet totum conatum & omnes vires, manifeste nimis est, & impossibile quicquam impunem homini, saltem pro hujus vita infirmitate. Id probatur, quia in hac vita omnes vires nostras extendere in diligendum Deum impossibile est, ut sine peccato esse non possumus, & sine inordinata aliqua concupiscentia. Quare proficere & renovari de die in diem jubemur.

Si dicas necessarium quidem non esse sumnum; conatum, qui in hac vita haberi potest. Nam hunc certum est non posse tantum esse, quin possit ab hoc major inveniri. Nam in eo semper proficiendum est: sed de summo qui in hac vita habet ab his qui omnibus renuntiant non necessarij affectibus, & rebus, ut ani dilectioni & penitentiae vacent. Notum est nec id necessarium esse. Nec exinde ab omni penitente requiriatur, ut omnibus ita renuntiet.... Designe nec illa ratio intelligi potest illa sententia esse vera. Id quod is